



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

Vt refutanda sint eorum dona qui pauperes opprimunt. xxxix.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

• Vt nullus infra presbyterum ordinatus, rem à presbytero consecratam alteri porrigat. Cap. XXXIII.

Ex decr. Siluestr. pap. cap. 7. **N**ullus acolytorum, vel subdiaconorum rem consecratam à presbytero iam aliis porrigat: quia aliud est minister, aliud adfistens, nisi tantum supportet, quod ecclesiam sacerdos imposuerit, ore suo benedictum.

De illis qui post aliquam degustationem sacrificium acceperint, Cap. XXXV.

Ex decr. eutychie. papa, ca. 2. **Q**ui acceperit sacrificium post cibum, aut post aliquam paruissimam refectioem, nisi pro viatico, pueri tres dies, maiores septem, clerici viginti dies penitentiam faciant. *Vt presbyter illiteratus Missam celebrare non debeat. Cap. XXXVI.*

Ex decr. Fabiani papa, ca. 10. **S**acrificium non est accipiendum de manu sacerdotum qui orationes, vel lectiones, & reliquas obseruationes in Missa, secundum ritum implere non potest. *Pro vnus oblatione alterius non spernendam. Cap. XXXVII.*

Eugenij papa, ca. 17. **P**RESBYTER pro vnus oblatione, alterius non spernat. *Vt dissidentium fratrum oblationes non recipiantur. Cap. XXXVIII.*

Ex concil. Africano, ca. 93. **O**blationes dissidentium fratrum, neque in sacramento, neque in gazophylacio recipiantur. *Vt refutanda sint eorum dona, qui pauperes opprimunt. Cap. XXXIX.*

Ex eodē, cap. 94. **E**orum, qui pauperes opprimunt, dona à sacerdotibus refutanda. *De presbyteris immolantibus. Cap. XL.*

Ex concil. Anciranō, cap. 1. **P**resbyteros immolantes, & iterum iustitiam aduersus, si hoc non per illusionem aliquam, sed ex veritate fecerunt, nec ante parentes & affectantes, atque suscipientes, ut aestimaret quidem tormentis aptari, sed his visis tantum & habitu subiici, hoc placuit honorem quidem propriae sedis retinere: offerre autem, aut alloqui populum, aut omnino sacerdotalibus fungi officiis non licere.